Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Lucas Bacmeister

Skiagrafia Sive Analysis Et Catena Catechismi Minoris D. Martini Lutheri XXI. Tabulis Methodice In Usum Recens Ad Officia Ecclesiastica Promotorum Verbi Divini Ministrorum, Praeprimis Vero Studiosorum Theologiae Comprehensa, Studio M. Lucae Bacmeisteri, SS. Theolog. Profess. in Academia Rostochiensi Ordinarii, Academiae & Collegii Ducalis Senioris

Rostochi[i]: Kilius, 1667

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730248666

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Fi
3

F i
3

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730248666/phys_0001
DFG

Fi - 3.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730248666/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730248666/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730248666/phys_0004
DFG

ΣΚΙΑΓΡΑΦΙΑ
Sive
ANALYSIS ET CATENA CATECHISMI MINORIS D. MARTINI LUTHERI XXI. TABULIS METHODICE IN USUM RECENS AD OFFICIA ECCLESIASTICA PROMOTORUM VERBI DIVINI MINISTRORUM, PRÆPRIMIS VERO STUDIOSORUM THEOLOGIÆ

Comprehenſa,

Studio

M. LUCAE BACMEISTERI, SS. Theolog. Profeſſ. in Academia Roſtochienſi Ordinarii, Academiæ & Collegii Ducalis Senioris.

ROSTOCHI,
Typis JOHANNIS KILII, Academiæ Typographi,
ANNO cIↄ Iↄc LXVII.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Fi. — 3.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730248666/phys_0005
DFG

Qvadrigæ Balthicæ Oræ & Civitatum Hanſëaticarum Venerandorum Miniſteriorum Laudatiſſimorum

LUBECENSIS, ROSTOCHIENSIS, STRALSUNDENSIS, WISMARIENSIS,

NEC NON

DNNN. SENIORIBUS, ET PASTORIBUS in Ducatu Megapolitano, omnibus & ſingulis,

VIRIS

PLURIMUM REVERENDA DIGNITATE CLARISSIMIS, PIETATE, SAPIENTIA, ERUDITIONE, ZELO DIVINO CONSPICUIS, OMNIUMq; VIRTUTUM GENERE PRÆSTANTISSIMIS,

DNNNN.

SUPERINTENDENTIBUS, SENIORIBUS, PASTORIBUS, VERBIq; DIVINI MINISTRIS FIDELISSIMIS,

Dominis, Fautoribus, Amicis, reſpectivè Cognatis, Affinibus, & in Chriſto Fratribus plurimùm dilectis, & reverentèr colendis,

Benedictionem Divinam, Omnigenam Salutem in Chriſto Jeſu, Felicem novum annum & omnia fauſta,

Viri

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730248666/phys_0006
DFG

Viri Admodum Reverendi, Ampliſſimi, Excellentiſſimi, Clariſſimi, Doctiſſimi, Domini Fautores, Amici, reſpectivè Cognati, Affines & in Chriſto Fratres honoratiſſimi, plurimumq; dilecti,

ANte annos plures hanc, qvam exhibeo σκιαγραφίαν Catechiſmi Minoris Lutheri noſtri Megalandri p. m. nullum alium in finem delineavi, qvam in proprium meum uſum, utq; filiis meis aliqvãdo eâ ipſâ prodeſſem. Neqve unqvam mihi in mentem venit, multominus Tabulas illas dignas judicavi, publici juris eas facere. Neſcio autem qvo factum fato, qvod non ita pridem amicis qvibusdam illas communicaverim, qvibus illæ adeò placuêre, (citra jactantiam dicta ſunto) meq; multis rationibus inducere voluerunt, ut illas typis deſcribendas in uſum tum recens ad officia Eccleſiaſtica vocatorum Eccleſiæ Miniſtrorum, tum Studioſorum Theologiæ, traderem. Hæſitavi dudum qvid facerem, nec à me id ipſum facilè impetrare potui, maximè cum nemo eſſet, qvi impenſas facere ullas vellet. Mea enim conditio pertenuis non permittebat, ſumptus ut impendere poſſem. Inſtantibus verò amicis, conſenſi tandem, ut meo ære, in Nomine Domini, imprimerentur. Qvamvis qvidem certus ſim, me omnibus hisce non placere, qvod nec mihi promittere poſſum; Spero tamen fore nonnullos, qvibus non planè diſplicebunt hæ meæ tabellæ. Debuiſſem fortean Terminos Artificiales, Cauſas, Modum item, exprimere, in gratiam illorum, qvi illis delectantur Terminis; ſed volui illis certis de cauſis abſtinere. Debuiſſem inſuper ex Conſtitutione Eccleſiaſticâ Megapolitanâ locum de Sepulturâ Mortuorum hisce annectere. Sed nolui cum Catechiſmo Conſtitutionem Eccleſiaſticam miſcere. Si DEUS vitam conceſſerit longiorem, & liberales Patronos invenero, dabitur occaſio ſuo tempore ſeorſim qvædam, ut ſpero, non ingrata nec inutilia à beato Dn. Parente meo tempore Superindenturæ ſuæ obſervata & notata,

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730248666/phys_0007 DFG

rata, communicare. Et ſanè optandum fuiſſet, ut ubi ante annos non adeò multos Conſtitutio Eccleſiaſtica Megapolitana typis denuò deſcripta, prius Dnn. Theologi & Dnn. Superintendentes hujus Ducatus convenisſent, ſuam ſententiam ſuper illis dixiſſent, & inter ſe communicasſent, de nonnullis, qvæ meritò poſteriori huic editioni inferi & addi debuiſſent. Præprimis in parte ſecunda de Ceremoniis, de Diſciplinâ Eccleſiaſticâ, de Conjugio, ubi de gradibus licitis & illicitis agitur, qvæ obſcurè nonnihil in Conſtitutione Eccleſiaſticâ poſita eſſe videntur, & dilucidiorem explicationem merentur. Prout factitatum eſſe ad mandatum Sereniſſimi Principis ULRICI glor. mem. ſuperiori ſeculo Anno 1599. & ſub initium hujus Seculi, acta qvæ apud me aſſervantur, pluribus teſtantur. Debuiſſem deniqvè etiam plura loca Scripturæ allegare & textûs verba citare. Aſt finis & ſcopus meus non hic fuit, prolixas tabellas dare, neqve anguſtia chartæ omnia capere poterat. Apud animum enim meum conſtitutum erat, ut ſumptibus parcerem, in minori formâ haſce tabellas edere. Cum autem & hoc difficillimum videretur, & tabellas nimis coarctare, & ex unâ vel duas, vel tres conſtituere, opus fuiſſet. Proin in illâ formâ, prout jam exſtant, haſce meas tabellas divulgare, conatus fui. Cui volupe eſt plura dicta Scripturæ hiſce tabellis addere, ille adeat D. Gerhardi Frommer Hertzen Geiſtliches Kleinod/ D. Geſenii Kleine Catechiſmus-Schule / D. Mauritii Catechiſmus-Fragen / D. Hunnii Catechiſmus-Ubungen / Anno 1647. Lubecæ editum. Ut alios taceam. De Patrono, cui hancce meam qvalem qvalem opellam inſcriberem, dum cogito & ſollicitus ſum. In occurſum ſtatim mihi veniſtis, Vos Viri Honoratiſſimi. Sub Ampliſſimo itaqvè Veſtro nomine, Viri Eminentiſſimi haſce tabellas & edere & divulgare decrevi. Cauſæ ſunt ſat ſonticæ & graves, qvæ me ad id inſtigarunt. Qvas recenſere & huc adducere ſupervacaneum eſſe arbitror. Sufficiat Veſter in me animus propenſus & benevolus, qvem expertus ſum hactenus uberrimè. Sufficiant Veſtra in me meosq; collata merita. Sufficiat exactiſſimum & acutiſſimum veſtrum judicium, qvod de talibus ferre ſoletis, & ſi vultis, poteſtis. Hoc itaqve meum ſtudium ut gratum habere, meq; meosq; porrò favore priſtino, Vos Viri Honoratiſſimi, proſeqvi ne dedignemini, etiam atqve etiam Vos oro. Qvod ſupereſt, perennate ſimul egregio publico rerum agendarum ſucceſſu, ac felicitate omnigenâ, ut Eccleſiæ univerſæ & pariter Academia noſtra Conſiliis veſtris ſanctiſſimis & ſaluberrimis diu gaudeant, Veſtroq; omnium favore & amore fruamur. Qvod animitùs voveo, voveboq;

Dabam Roſtochii XI. Febr. 1667.

V^{arum}. Rev. Ampl. Exc. & Clar.

Precibus, Fide, Sudioq; omni addictiſſimus

M. LUCAS BACMEISTERUS.

ΣΚΙΑΓΡΑΦΙΑ.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730248666/phys_0008
DFG

ΣΚΙΑΓΡΑΦΙΑ

ſive

ANALYSIS ET CATENA CATECHISMI D. M. LUTHERI MINORIS,

certis Tabulis methodicè compræhenſa.

TAB. I.

Catechiſmus Lutheri minor continet.

- *Doctrinalia.* Hæc pars Catechiſmi complectitur
  - *Præcipuorum doctrinæ cæleſtis capitum enarrationẽ & expoſitionem.* Capita doctrinæ cæleſtis agunt de *DEI VERBO*
    - *Generali & inviſibili,* quod eſt
      - *Lex,* eſt in Decalogo A. & B.
      - *Evangelium,* eſt
        - in Fide Apoſtolica C. & D.
        - in Oratione *Dominica* E. F. & G.
    - *Speciali & viſibili.* ſeu Sacramentis, quæ duo
      - Vnum Initiationis, ſc: *Baptiſmus.* H.
      - Alterum Confirmationis ſc. *Cœna Dominica.* I.
  - *Præceptorum Doctrinæ appendicem:* Quia enim in noſtris Eccleſiis acceſſuri ad cœnam prius ſuam edunt confeſſionem coram ordinario Eccleſiæ miniſtro, petentes ab ipſo abſolutionem ſpecialem, atq; hâc occaſione examinantur, & inſtituuntur de iis, quæ fidem Chriſtianorum ſpectant, quæ conſuetudo meritò retinetur, quia facit ad δοκιμασίαν illam uſui Cœnæ neceſſariò præmittendam, *tum accipientis* ex præcepto Apoſtoli 1. Cor: 11: v. 28. *tum dantis reſpectu* ex præcepto Chriſti Matth. 7: v. 6: Ideò appendicis loco additur in Catechiſmo.
    - *Confeſſionis* coram Eccleſiæ miniſtro Norma & *Forma* K.
    - *Abſolutionis & excommunicationis,* ſive peccata remittendi & retinendi potentia L.
    - *Ad S. Cœnam* accedentium tentamen Ubi ſimul M.
    - Præcipuorum capitum doctrinæ Examen:
- *Moralia:* quoad vitam
  - *Privatã.* Hic oratio pro
    - *Cuſtodia.* N.
    - *Alimonia.* O.
  - *Publicam,* in Oeconomia Chriſtiana. Quæ continet præcepta,
    - *Specialia.* Hæc concernunt ſtatum
      - *Eccleſiaſticum.* P.
      - *Politicum.* Q.
      - *Oeconomicum* R.
    - *Generalia* ad omnes Chriſtianos pertinentia & ſunt
      - *proximum diligito* Rõ: 13: v: 10. ubi
        - Quid: Cui: erga Quem. Quomodo Cur? ſcil. propter dilectionis dignitatẽ, comprehendit enim omnia Præcepta.
      - *Ardens pro omnibus hominibus oratio.* 1. Tim. 2. v: 1.
- *Ceremonialia:* ubi ritus
  - *Copulandi:* S:
  - *Baptizandi:* T:

DECALOGUS.
TAB. II.

A. In *Decalogo* Primo capite Catechiſmi noſtri notanda

- *Diviſio*. Dividitur in 2. tabulas.
  - I. Docet, quomodo nos gerere debeamus *Erga DEum*. Hunc debemus diligere.
    - I. CORDE, unicè Deum colendo, juxta primum præcept: quod fit
      - 1. Unicè Deum timendo, Wir ſollen GOTT über alle Ding fürchten.
      - 2. Unicè Deum diligendo über alle Ding lieben
      - 3. Unicè in Deo confidendo. über alle Ding vertrawen.
    - II. ORE, Nomen DEI in vanum non ſumendo, juxta ſecundum præcept. Hic Ergò
      - Prohibetur
        - Blaſphematio bey ſeinem Nahmen nicht Fluchen.
        - Pejeratio ſchweren
        - Incantatio Zaubern.
        - Deceptio liegen oder triegẽ.
      - Præcipitur.
        - Invocatio ſollen ihn in allen Nöhten anruffen
        - Adoratio. beten.
        - Collaudatio. loben.
        - Gratiarum actio. dancken.
    - III. OPERE, Sabbathum ſanctificando juxta 3. Præceptum, Hic
      - fugienda
        - contemptus Miniſterii.
        - contemptus Verbi.
      - facienda. Exhibeamus verbo DEI
        - 1. Debitum honorem.
        - 2. Lubentem auſcultationẽ.
        - 3. Promptam obſecundationem.
  - II. Docet, quomodo nos gerere debeamus *Erga proximum*. B. Tab. 3.
- *Epilogus ſive Concluſio*: Hic tres rationes, cur præceptis Decalogi obediendum.
  - I. Eſt *Legulatoris Majeſtas*. Qui deſcribitur
    - *Abſolutè* à potentiâ ſuâ, quod ſit Jehovah, Ich der HErr
    - *Relatè* à ſuâ in nos Jurisdictione, dein GOtt.
    - *Figurativè* à Zeli fervore, ein ſtarcker eiferiger GOtt.
  - II. Pœnæ gravitas, der die Sünde der Väter heimſuchet an den Kindern/biß ins dritte und vierte Glied.
  - III. Præmiorum ubertas. Aber denen/ſo mich lieben, &c.

Quia ergò Dominus Deus noſter pœnas minatur omnibus, qui mandata ejus transgrediuntur. Et omnibus, qui mandata ejus obſervant, promittit 1. gratiam. 2. omnia bona. Hinc

- 1. Territi, expaveſcamus, iram Dei timeamus, nihil adverſus ejus præcepta faciamus.
- 2. Invitati promiſſione divinâ Deum diligamus. Deo cõfidamus, juxta ejus præcepta omnem vitam inſtituamus.

DECA-

DECALOGUS

TAB. III.

- **B. Proximus eſt vel**
  - *Supra nos*, Ut ſunt parentes non tantum genitur â ſed & Curâ, nempè tutores, Paſtores, Præceptores, gubernatores, patres & matres familias, Seniores. Hiſce benefaciamus honorando ſcilicet juxta quartum præceptum. Hic obſerva.
    - 1. In quo honor parentibus exhibendus conſiſtat? ubi
      - ἄρσις non in
        - Parentum irriſione nec
        - Parentum ad iram commotione
      - θέσις ſed in
        - Reverentiâ,
        - beneficentiâ,
        - obedientiâ,
        - Amoris abundantiâ.
    - 2. Quid ad id compellere nos debeat, ſc. promiſſionis jucunditas, quæ eſt.
      - felicitas
      - longævitas.
  - *Nobis æqualis*, vel & infra nos. Huic non noceamus, quod fit
    - *factis* quo ad
      - perſonam propriam; illum occidendo. Hoc prohibetur in quinto præcepto. Nota hic
        - 1. Vitanda
          - vitæ proximi non incommodandum.
          - proximo non ægrè faciendum.
        - 2. ſectanda proximus, nempè
          - Juvandus
          - promovendus.
      - Perſonam proximo conjunctam. Prohibetur hoc in ſexto præcepto. Hic ergo
        - prohibetur mæchatio & ſcortatio.
        - requiritur
          - in genere ab omnibus
            - Caſtitas in
              - verbis, keuſch in Worten /
              - operibus, keuſch in Wercken.
            - Pudicitia
          - in ſpecie à conjugibus
            - Amor, ſein Gemahl Lieben.
            - Honor, ſein Gemahl Ehren.
      - Rem domeſticam in ſeptimo præcepto. Hic nota
        - Interdictum, furtum non facere. Committitur autem furtum
          - violentâ ſubtractione, ſein Geld oder Guth nicht nehmen.
          - doloſâ defraudatione, quæ fit
            - merce vitioſâ mit falſcher Wahr
            - omnis generis impoſturâ, mit falſchen Handel an uns bringen
        - præceptum ſtudendum, ut proximi
          - bona conſerventur, ſein Guth und Nahrung behüten.
          - conditio melior reddatur, ſein Guth und Nahrung helffen beſſern.
    - a Tab IV.

DECALOGUS

TAB. IV.

- a *Dictis*, quod prohibetur in 8. Præcepto. Hic obſerva
  - *Fugienda*: ne proximum
    - Mendaciis involuamus vel
      - *In judicio falſis teſtimoniis*, falſch zeugnuß reden/
      - *Extra judicium* pernicioſis mendaciis fälſchlich beliegen.
    - Prodamus Verrahten/
    - Traducamus afftterreden/
    - Infamia afficiamus, böſen leumuth machen.
  - *Facienda*, proximus
    - Excuſandus, Jhn entſchüldigen/
    - Bona de eo loquenda, gutes von ihm reden
    - Omnia in meliorem partem interpretanda alles zum beſten kehren
- *Concupiſcentiis*. Prohibetur hoc in IX. & X. *Præceptis*, ubi obſervetur
  - *Prohibitio*
    - IX. Præcepti eſt, ne quamcunque hereditatem vel domum proximi noſtri
      - Dolo malo captemus nicht mit Liſt nach ſeinem Erbe oder Hauſe ſtehen/
      - ſub ſpecie recti facultatibus noſtris adjungamus, mit einen ſchein des rechten an uns bringen
    - X. Præcepti eſt, Ne proximo, ſervos, ancillas vel pecudes
      - Abalienemus, abſpannen,
      - Abſtrahamus, abdringen
      - Avertamus, abwendig machen
  - *Præceptio*
    - IX. præcepti eſt, ut proximum quo fortunas & opes ſuas integras retineat, juvemus, daſſelbe zubehalten fürderlich ſein
    - X. præcepti eſt, ut proximi uxorem, ſervos & ancillas adhortemur & urgeamus, ut
      - Maneant dieſelben anhalten das ſie bleiben
      - Officium faciant diligenter, thun was ſie ſchuldig ſein.

SYMBOLUM APOSTOLICUM.

TAB. V.

C. In Fide Apoſtolicâ ſeu *Symbolo Apoſtolico* obſervetur

- *Fidei ſubjectum*, eſt Omnis homo in Individuo Jch gläube.
- *Fidei objectum*, qui Deus Unus in Eſſentia & Trinus in Perſonis. Agit enim Articulus
  - Primus de *Deo Patre*, Prima Perſona quæ deſcribitur
    - *Ab immenſa bonitate.* Eſt DEUS Pater
    - Ab *infinita poteſtate*, quæ conſpicitur
      - In *creatione*
        - in genere omnium Allmächtigen Schöpffer Him̃els un̄ der Erden.
        - In *ſpecie* hominum daß mich GOtt erſchaffen hat ſamt allen Creaturen.
      - In *ſuſtentatione* & cõſervatione, und noch erhält/dazu Kleider und Schuh. &c.
      - In *piorum protectione*, wieder alle fährligkeit beſchirmet.
      - In *omniũ malorũ averſione*, für allem übel behütet und bewaret.
      - Cauſæ autem horum beneficiorum ſunt
        - Reſp. DEI
          - Non noſtra merita;
          - Sed mera & divina bonitas & miſericordia.
        - Reſp. noſtri ut DEO
          - gratias agamus,
          - plenoore laudem tribuamus,
          - inſerviamus,
          - obediamus
  - Secundus de *Deo Filio*, Secunda perſona, & deſcribitur
    - 1. ab *officii ſuavitate*, dum nominatur
      - Jeſus
      - Chriſtus
      - Dominus noſter:
    - 2. à *perſonæ dignitate*, quod ſit
      - verus Deus à *Patre* ante ſecula genitus
      - Verus homo ex Maria virgine natus.
    - 3. à *redemptionis pretioſitate*, ubi redemptionis.
      - *ſubjectũ* eſt, homo perditus, damnatus
      - *objectum*, redemit nos à
        - peccatis omnibꝰ, morte,
        - Sathanæ poteſtate.
      - *modus* ſeu medium
        - in *genere*
          - Non auro & argento, ſed pretioſo ſuo ſanguine, immeritaq; paſſione & morte:
        - in *ſpecie*
          - pretii ſolutione reſp. Dei per
          - violẽta ablatione reſp. Diaboli per
            - Conceptionem. Incarnationem ſuam paſſionem.
            - mortem, deſcenſũ ad inferos, reſurrectionem à morte, aſceſſionẽ
            - Seſſionẽ ad dextram, Adventũ glorioſum ad judicium.
      - finis, triplex Acquiſivit enim, ſibi
        - 1. Peculium
        - 2. Dominium
        - 3. Servitium. Ut ſerviamus
          - hic inchoativé
          - ibi conſummativé.
  - Tertius *de Spiritu Sancto*, Tertia perſona. D.

SYMBOLUM APOSTOLICUM.

TAB. VI.

D. Tertius Symboli Articulus agit *de S. Sancto*, ejus indicat

- *Perſonam* & quidem
  - Divinam Eſſentiam & naturam quam probat vox
    - CREDO, æquè enim credimus in Spiritum Sanctum, quam in Patrem & Filium. Maledictus autem qui in creatura confidit. Jer. 17. 5.
    - SPIRITUS, quæ hic Eſſentialis, Deus eſt Spiritus. Joh. 4. v. 24.
    - SANCTUS, Eſa. 6. v. 3. in aliis Sanctitas adjunctum eſt, in tertia Trinitatis perſona non item, ſed Sanctus dicitur, quia veræ ſanctitatis autor eſt, omnesq; electos verè ſanctificat.
  - *Diſtinctam à Patre & Filio Subſiſtentiam.* Probat hanc particula Conjunctiva ET, diſtinctè credimus in Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.
  - *Proceſſionis à Patre & Filio evidentiam.* Probat hanc vox SPIRITUS. Spiritus dicitur non tantum propter Eſſentiam, ſed & propter proprietatem perſonalem,
- *Officii eminentiam.* Conſiſtit in ſanctificatione. Sanctificat nos
  - Vocando per Evangelium,
  - Congregando,
  - Illuminando,
  - Sanctificando,
  - In fide conſervando,
- *Officinæ.* ubi
  - Ipſa Officina, quæ eſt Eccleſia. Hæc deſcribitur.
    - à veritate, ideò dico credo Eccleſiam,
    - à Qualitate
      - Una
      - Sancta
      - Catholica
      - Communio ſanctorum.
  - Eccleſiæ κειμήλια ſive pretioſa dona, quæ ſunt
    - *in hoc ævo,* Remiſſio peccatorum. Remittuntur peccata,
      - *ubi?* in Eccleſia.
      - *Cui?* mihi & omnibus credentibus.
      - *Quãdo & quoties?* quotidiè.
      - *Quanam?* Omnia peccata.
      - *Quomodo?* abundè.
    - *In altero ævo,* vita æterna. Hanc præcedit Reſurrectio carnis ſeu mortuorum in noviſſimo die.
      - Hæc duo κειμήλια itidem juxta Lutherum mihi & omnibus credentibus communia ſunt.

ORATIO

ORATIO DOMINICA
TAB. VII.

- **E.** *Oratio Dominica* tres habet partes:
  - *Exordium ſive præfationem* hæc monſtrat:
    - verum orationis *objectum*, quod eſt Pater
      - Non Perſonaliter ſed
      - Eſſentialiter, tota ſc. Trinitas.
    - firmum exauditionis *fundamentum*. Exaudiet nos.
      - 1. quia eſt Pater noſter benigniſſimus.
      - 2. quia eſt Pater Potentiſſimus.
  - *Argumentū ſive petitionem.* Petimus in Oratione Dominica Bona
    - *Poſitiva*, quæ ſūt
      - I. Nominis divini *ſanctificatio*. ubi petitione Primâ
        - *textus*
        - *Senſus*. hic declaratur per
          - *præoccupationem* & petitionem.
          - Et ſanctificationis & prophanationis divini nominis *enumerationem*.
            - Sanctificatur,
              - doctrinâ purâ,
              - vitâ Sanctâ.
            - prophanatur
              - falsâ doctrinâ
              - impiâ vitâ.
          - Precationem & deprecationem.
      - II. Regni cœleſtis *appropinquatio*, ubi Petitione Secundâ
        - *textus*
        - *ſenſus*. declaratur per
          - *præoccupationem*, quid hic non petatur.
          - *Enarrationem*, quid petatur, ſcilicet, ut regnum Dei ad nos veniat. Advenit autem.
            - *ex parte Dei*,
              - Spiritûs Sancti ſuper nos effuſione
              - & Verbi cœleſtis inter nos prædicatione
            - *ex parte Noſtri*
              - fidei retentione,
              - divinæ vitæ inſtitutione
      - III. Voluntatis divinæ *adimpletio* hic petitione Tertia
        - *textus*
        - *ſenſus*, declaratur
          - per occupationem & petitionem.
          - per modi expoſitionem, ad impletur voluntas Dei in nobis, ſcil: *Deo*
            - 1. Omnem malam voluntatem & impetum diaboli, mundi, carnis impediente & frangente.
            - 2. Uſq; ad finem vitæ nos in verbo ſuo fide conſervante.
      - IV. Panis quotidiani *largitio*. ubi petitione quartâ
        - *textus*
        - *ſenſus* declaratur per
          - *Occupationem* & petitionem.
          - *vocabuli* panis expoſitionem. Significat
            - in genere omne id, quod ad vitæ & corporis honeſtam pertinet ſuſtentationem.
            - *in ſpecie* ea quæ ſpectāt
              - *ad victum*. cibus & potus.
              - *ad amictum*. veſtes & calcei.
              - *ad rei domeſticæ exercitium*
                - 1. Domus & area. 2. agri 3. pecudes 4. pecunia & divitiæ. 5. Proba conjux. 6. probi liberi. 7. probi ſervi.
              - *ad rei familiaris propugnaculū pertinent*
                - 1. *probus* ac fidus magiſtratꝰ. 2. *bonus* reip. ſtatus. 3. bona aëris temperies. 4. pax & tranquillitas. 5. ſanitas. 6. diſciplina compoſita. 7. bona exiſtimatio. 8. amici boni 9. fidi vicini.
    - *Privativa*. F.
  - *Epilogum ſive concluſionem.* G.

ORAT-

ORATIO DOMINICA

TAB. VIII.

- **F.** *Bona privativa*, quæ ut Deus removeat, Sunt
  - *I. Peccatorũ ſarcina*, hic petitione quinta
    - *Textus*
    - *Senſus* ubi nota
      - 1, *Ipſam petitionem.* Petimus Peccatorum remiſſionem,
      - 2, *Cauſarum exauditionis*
        - Remotionem.
          - propria dignitas, wir ſind der keines werth.
          - meriti ubertas, wir habens nicht verdienet.
        - Poſitionem: *Dei miſericordia, bonitas & lenitas*, er wolle es uns aus Gnaden geben.
      - 3, *Fraternæ condonationis promiſſionem:* wir wollen wiederumb auch Hertzlich vergeben und gerne wol thun &c.
  - *II. Tentationis tortura*, petitione ſexta hic
    - *Textus*
    - *Senſus*, petimus hic
      - 1, Dei *præſidium & cuſtodiã*, Cuſtodiat à Diaboli, mundi & carnis
        - deceptione,
        - ſeductione, & quidem à rectâ fide ad
          - ſuperſtitionem
          - deſperationem
          - alia gravia ſcelera & flagitia,
      - 2. *Eluctationem & victoriam*, daß wir doch endlich gewinnen und den Sieg behalten.
  - III. *Malorum preſſura:* hic petitione, ſeptimâ
    - *textus*
    - *Senſus*, petimus in hac petitione
      - benigniſſimam ab omnibus malis
        - corporis
        - animæ
        - bonorum & honorum
        - liberationem:
      - placidam ex hac vita emigrationem.
      - lætam ex hac vita in alteram transmigrationem, ubi
        - Evocandi forma
        - Terminus à quo
        - Terminus ad quem.

TAB. IX.

- **G.** In Epilogo & Coclusione notanda
  - & *formula*, quæ complectitur causã exauditionis compellentem triplicem. Sumptam
    - 1. ab æquitate ſive competenti.
    - 2. à poteſtate ſive facili.
    - 3. ab utilitate, ſive utili.
  - & *clauſula*, quæ eſt vox AMEN. De hac voce obſerva
    - 1. quid ſignificet.
    - 2. quare addatur. ſc. propter exauditionis certitudinem. Certò ſcimus, preces noſtras exauditas eſſe
      - 1. quia ipſe Christus mandavit.
      - 2. Exauditionem promiſit.

BAPTIS.

BAPTISMUS.

TAB. X.

H. In Quarta parte Catechiſmi de *Baptiſmo*, indicatur

- ***Baptiſmi ſubſtãtia.*** Hanc docet Lutherus
  - Baptiſmum deſcribendo Die Tauffe iſt nicht allein ſchlecht Waſſer. Quæ definitio ponit
    - 1. *Externum Elementum*, Aquam.
    - 2. *Additum verbum* quod eſt
      - *Mandati*, ideò aqua verbo Dei comprehenſa dicitur.
      - *Promiſſi*, ideò aqua verbo Dei incluſa dicitur,
  - *Definitionem declarando* in quæſtione illa, Welches iſt dẽ ſolch Wort Gottes? Ubi indicatur
    - 1. Baptiſmi *efficiens* cauſâ, Jeſus Chriſtus.
    - 2. Baptizantis *Perſona*, Apoſtoli & eorum ſucceſſores.
    - 3. Baptiſmi *forma*. Hæc conſiſtit
      - in aſperſione, vel immerſione. Quod notatur verbo, Baptizate.
      - in verborum horum, in nomine *Patris*, & Filii & Spiritus Sancti pronunciatione
    - 4. Baptiſmi *objecta*. Sunt omnes homines,
- ***Baptiſmi efficacia.*** ubi monſtrat Lutherus
  - Efficaciæ Baptiſmi *varietatem*, quæ conſiſtit
    - *in malis tollendis* quæ ſũt
      - Peccati venenum.
      - mortis & Diaboli frenum;
    - *Bonis ponendis.* Æterna ſalus.
  - *Suſcipientis habilitatem.* Credat ſcil: allen die es Gläuben / wie die Wort und Verheiſſung Gottes lauten.
- ***Efficaciæ Baptiſmi cauſa***
  - *Non ſola aqua*, ejusdemque aſperſio nuda.
  - ſed
    - *Reſpectu Dei*, verbum mandati & promiſſi, quod in & cum aqua eſt.
    - *Reſpectu Domini*, fides, quæ verbo Dei aquæ addito credit.
  - Requiruntur E. *tria ad efficaciam* Baptiſmi videb.
    - *aqua*
    - *verbum*
      - mandati
      - promiſſi.
    - *Fides*
- ***Baptiſmi ſignificatio primaria.*** ſignificat
  - 1. *Veteris Adami* ſubmerſionem.
  - 2. *Novi hominis* emerſionem.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730248666/phys_0017 DFG

TAB. XI.

- **I. In quinta Catecheſeos parte de Cœna Domini, obſervanda**
  - *1. Definitio, quâ*
    - 1. Autoris nominatio.
    - 2. Subſtantialium mentio; ubi
      - res terreſtris, Panis & Vinum.
      - res cœleſtis, Corpus & Sanguis.
    - 3. Convivarum deſignatio.
    - 4. Externa Sacramenti hujus tractatio, ad comedendum & bibendum inſtituta.
  - *2. Verborum Inſtitutionis Cœnæ recitatio*, in quibus notanda
    - Temporis circumſtantia
    - Chriſti facta 4.
      - Panis & calicis acceptio.
      - Panis & calicis accepti benedictio.
      - Panis benedicti fractio
      - Panis fracti & calicis diſtributio.
    - Chriſti dicta ſive verba, quæ pertinent ad Cœnæ
      - Subſtantiã & ſunt verba
        - mandati
          - Accipite
          - Comedite
          - Bibite.
        - promiſſi. Hoc eſt corpus meum, Hoc poculum eſt Novum Teſtamentum in meo ſanguine.
      - Finem
        - reſp. noſtri
          - quod corpus chriſti pro vobis traditur, ejusq; ſanguis pro vobis effunditur in remiſſionem peccatorum.
        - reſp. Chriſti, hoc facite in mei commemorationem.
  - *3. Cœnæ Dominicæ finis ſive effectio*, Eſt.
    - Peccatorum condonatio.
    - Vitæ æternæ donatio.
  - *4. Effectionis Cœnæ Dominicæ cauſa* ſive origo.
    - Non ſola externa actio, manducatio & bibitio,
    - Sed una cum externa manducatione & bibitione verba mandati & promiſſionis fide apprehenſa.
    - Requiruntur E. tria.
      - Manducatio & bibitio
      - Verbum
        - mandati
        - promiſſi.
      - Fides
  - *5. Digna ad ſalutarem Cœnæ hujus perceptionem præparatio*, quæ eſt
    - Externa, conſiſtens in
      - Temperantia
      - morum decentia.
    - Interna, conſiſtens in fidei ſinceritate.

CONFES-

CONFESSIONIS coram Eccleſiæ Miniſtro Forma.

TAB. XII.

K. *Forma & norma Confeßionis coram Eccleſiæ Miniſtro* duplex ponitur in Catechiſmo.

Una uſitata in Ducatu Megapolitano. Hæc habet

1. Peccati tam originalis, quam actualis agnitionem & confeſſionem. Jch bekenne vor Gott/und beklage vor Gott und vor euch an der ſtat Gottes/ daß ich nicht allein in Sünden / &c.
2. Iræ & pœnæ promeritæ ponderationem. und habe damit Gottes Zorn und Straffe Leider wol verdienet.
3. Seriam ob peccata commiſſa contritionem, aber alle meine Sünde ſind mir von Hertzen leid.
4. Abſolutionis in tempore pœnitentiæ petitionem. komme derowegen in der Zeit der Gnaden/ &c.
5. S. Cœnæ communicationem, und mir zu ſtärckung meines Glaubens das hochwürdige Sacrament verreichen.
6. Emendationis vitæ promiſſionem, Jch wil mit Gottes hülffe/ mein Leben beſſern.

Altera uſitata in Ducatu Pomeranico. Hæc continet

1. Peccati, & hinc iræ Dei & mortis æternæ promeritæ confeſſionem, Jch bekenne/ daß ich wider alle Gebott Gottes &c. des ewigen Todes ſchuldig.
2. Ob offenſum Deum trepidationem, darumb iſt mein Hertz betrübt/ und iſt mir leidt.
3. Remiſſionis peccatorum & Renovationis cordis per Spiritum Sanctum petitionem, fiduciæque ex Verbo Dei indicationem, und bitte von Hertzen / Gott wolle mir alle meine Sünde vergeben/ wie ich auff ſein Wort gläube und trawe.
4. Informationis ex verbo Dei, Abſolutionis in Chriſti nomine, communicationisque Cænæ poſtulationem, weiln ihr dan vom HEren Chriſto Befehl habet &c. zu ſterckung meines Glaubens verreichen.
5. Vitæ emendationem. Jch wil mich mit Gottes hülffe beſſern.

ABSOLUTIONIS POTENTIA.

TAB. XIII.

L. In doctrina de Abſolutionis potentia, quæ & clavium poteſtas nominatur, & Joh. 20. 23. clarè docetur, notanda.

1. Definitio
2. Fundatoris notatio, eſt Chriſtus.
3. Perſonarum, quibus poteſtas Clavium tradita, deſignatio, Sunt Apoſtoli, & omnes eorum Succeſſores.
4. Summæ declaratio & conſiſtit in
   - *Solvendo*, hinc clavis ſolvens
   - *Ligando*, hinc clavis ligans

   ſeu continet poteſtas clavium
   - à peccatis *ſolutionem* reſpectu pœnitentium.
   - *Peccatorum retentionem* reſpectu impœnitentium:

AD COENAM

AD COENAM ACCEDENTIUM TENTAMEN.

TAB. XIV.

- *M. Ad Cœnam accedentiũ tentamen* conſiſtit in XX à Luthero propoſitis, quæſtionibus & reſponſionibus. Hæ quæſtiones agunt.
  - *I. De hominis depravatione* huc pertinent 4. priores quæſtiones. Habet enim quæſtio
    - 1. Peccati agnitionem & confeſſionem. quæſt. 1.
    - 2. Peccati præconem & indicem. quæſt. 2.
    - 3. Peccati contritionem. quæſt. 3.
    - 4. Pœnarum peccati promeritorum deſignationem & ſunt, quæſt. 4.
      - Dei ira & indignatio.
      - mors temporalis &
      - æterna damnatio.
  - *II. De hominis inſtauratione.* Huc pertinent reliquæ quæſtiones. Conſideratur autem ſtatus inſtaurationis hominis per fidem. quæſtionibus 5. quæ habet duo
    - *objectum*
      - *Chriſtum* in
        - Applicatione conſolationis quæſt. 6.
        - Perſona, quæ
          - Deus
          - Homo
          - quæſt. 7.
        - Beneficiis oblatis per quæſt. 9. & 10.
          - paſſionem.
          - mortem.
      - *Sacroſanctam Trinitatem.* quæſt. 8.
        - Patrem
        - Filium
        - Spiritum S.
    - *Fundamentum*, quod eſt verbum quæſt. 11.
      - *1. Evangelii*
      - *2. Sacramẽtorum* cum primis S. Cœnæ pro adultis, in quo
        - 1. Luſtratio verborum, quæſt. 12.
        - 2. Præſentia corporis & ſanguinis Chriſti. quæſt. 13.
        - 3. τὸ ῥητὸν, quæſt 14.
        - 4. Uſus & applicatio. quæſt. 15, 16, 17, 18.
        - 5. tandem additur quæſt. 18. appendicis loco.
          - 1. ad uſum Cœnæ incitamentum, quæſt. 19.
            - Reſp. DEI
              - mandatum
              - promiſſio
            - Reſp. hominum, neceſſitas.
          - Conſilium, quæſt. 20. conſilium eſt. Intueatur homo
            - carnem propriam,
            - mundum
            - Diabolum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730248666/phys_0020
DFG

ORATIO PRO CUSTODIA.

TAB. XV.

N. In oratione quotidianâ per custodiâ docet Lutherꝰ, quomodo quilibet Chriſtianus ſeſe gerere debeat manè & veſperi.

- 1. γενικῶς in genere, requirens
  - 1. benedictionem.
  - 2. Crucis formationem.
  - 3. SS. Trinitatis invocationem.
  - 4. Devotam precationem, quam probet
    - morum decentia
    - verborum conveniẽtia.
- 2. ἰδικῶς in ſpecie, requirens
  - 1. gratiarum actionem cujus
    - Objectum
    - Fundamentum
    - Argumentum
  - 2. Ardentem precationem, quâ petitur
    - 1. Defenſio & protectio.
    - 2. Gubernatio.
    - 3. Peccatorum remiſſio.
    - 4. Animæ & corporis ſuſceptio
    - 5. Subſidii Angelici conceſſio.

ORATIO PRO ALIMONIA.

TAB. XVI.

O. *In oratione pro alimonia* docet Lutherus

- *I. In genere, quomodo orandum.* Hoc quomodo comprehendit
  - 1. Ad menſam acceſſionem.
  - 2. Manuum complicationem.
  - 3. Modeſtiæ obſervationem.
- *II. In ſpecie, quid orandum.*
  - *Ante cibum*
    - *Oculi omniũ,* &c. ubi laudatur datoris cibi
      - *Majeſtas*
      - *liberalitas* quam declarat
        - tempore oportuno omnia cibando.
        - manum ſuam aperiendo.
        - cum beneplacito omnia ſaturando.
    - *Pater Noſter,* qui es in cœlis &c. hujus analyſin vide infra Tab. 7, 8, & 9
    - *Domine Deus Pater Cœleſtis* &c. ubi nota
      - 1. *Objectum.* Quem invocemus?
      - 2. *Argumentum.* Quid petamus?
      - 3. *Fundamentum.* In cujus nomine petamus?
  - *poſt cibum*
    - *Confitemini Domino.* ubi
      - Quid? Confitemini Domino.
      - Cur? ſcilicet propter
        - 1. bonitatis & miſericordiæ divinæ æternitatem.
        - 2. immenſam liberalitatem.
        - 3. approbatam pietatem.
    - *Pater noſter* &c.
    - *Gratias agimus tibi* &c. ubi nota
      - *objectum* gratiarum actionis. Wir dancken dir lieber Himmliſcher Vater.
      - *Fundamentum.* Durch JEſum Chriſtum unſern HErren.
      - *Argumentum,* vor alle deine Wolthaten *Impulſum*, der du Lebeſt und Regiereſt in Ewigkeit.

STATUS Eccleſiaſticus Oeconom. Chriſtian.

TAB. XVII.

P. In Statu Eccleſiaſtico ſunt

- *Concionatores.* Horum officium conſiſtit
  - 1. *In rectè docendo*, ubi requiritur
    - 1. ad docendum aptitudo & diligentia.
    - 2. in arguendo hæreticos & impios animoſitas & παῤῥησία.
    - 3. in doctrina *ſtabilitas* & conſtantia.
  - 2. *In benè vivendo.*
    - *In genere* Epiſcopus debet eſſe ἀνεπίληπτος & ἀνέγκλητος. 1. Tim. 3. 2. Tit. 1. 6. 7.
    - *in Specie* quoad
      - *facienda* requitur
        - Caſtitas, Temperantia ſeu ſobrietas, modeſtia, Hoſpitalitas, æquitas, ſuorum procuratio, honeſta liberorum educatio. 1. Tim. 3. 2. 3.
      - *fugienda*
        - vinolentia,
        - violentia,
        - inhoneſtum lucrum,
        - Avaritia,
        - pugnarum averſatio,
        - efflatio ſeu ſuperbia.
- *Auditores.* Horum officium eſt, ut exhibeant Paſtoribus
  - *Amorem* cordis. 1. Theſſ. 5.
  - *Honorem operis.* qui conſiſtit in
    - *Reverentia.* 1. Tim. 5.
    - *obedientia* idq; propter
      - officii gravitatem
      - damni varietatem
      - Hebr. 13.
    - *beneficentia* in
      - ordinarii ſalarii expenſione. 1. Cor. 9.
      - liberali de propriis communicatione. Gal. 6. 6.

Status Politicus Oeconom. Chriſtian.

TAB. XVIII.

Q. Status Politicus habet

- Gubernatores. Horum officium conſiſtit
  - In pietate ſcil.
    - Deum timendo. Pſ. 2. 2. Chron. 19.
    - Cultum divinum promovendo. Pſ. 24. Eſa. 49.
  - In æquitate huc pertinet.
    - 1. Juris & juſtitiæ adminiſtratio. Deut 1. v. 16. Deut. 16. 19.
    - 2. Partium auſcultatio. Deut. 1. 16.
    - 3. Donorum *averſatio.* Deut. 16. 19.
    - 4. Bonorum defenſio, malorum punitio. Rom. 13. 4.
    - 5. Viduarum & orphanorum procuratio. Eſa. 1. 23. Pſ. 82. 3.
- Subditos. ab his requitur
  - 1. Honoris exhibitio. Rom. 13. 7. 1. Pet. 2. 17.
  - 2. Obedientia ſeu debita ſubjectio. Tit. 3. 1. idq; propter
    - Dei ordinationem
    - Conſcientiæ vulnerationem
    - pœnarum attractionem
    - Rom. 13. v. 1. & ſeq.
  - 3. Contributio. Rom. 13. v. 6.
  - 4. in oratione interceſſio. 1. Tim. 2. v. 1.

STATUS Oeconomicus Oecon: Chriſt.

TAB. XIX.

R. Præcepta *ad ſtatum Oeconomicum* pertinentia cõcernunt *homines viventes*

- *In conjugio.* Hi cõſiderãtur vel
  - *In ſocietate conjugali* ut ſunt
    - *Viri.* Ab his requiritur
      - 1. amoris ſinceritas. Coloſſ. 3. 19. Eph. 5. 22.
      - 2. Suſtentationis neceſſitas. 1. Tim. 5. 8.
      - 3. Concordiæ & Patientiæ ſuavitas. 1. Pet. 3. 7. Syr. 25. 1. coloſſ. 3. 18. idq; propter.
        - Dei delectationem Syr. 25. 1.
        - Hæreditatis communionem. 1. Pet. 3. v. 7.
        - pœnæ attractionem, ſeu precationis impeditionem. 1. Pet. 3. v. 7.
    - *Fœminæ.* Ab his requiritur
      - Subjecta voluntas Eph. 5. 24. 1. Pet. 3. Tit. 2. 6. idq; propter
        - Dei ordinationem. Eph. 5.
        - Exemplum
          - Saræ. 1. Pet. 3. 6.
          - Eccleſiæ. Eph. 5.
      - Humanitas, 1. Pet. 3.
      - Reciprocæ dilectionis ſuavitas. Tit. 2. 4.
      - Caſtitas. Tit. 2. 5. 1. Tim. 2. 9.
      - Sedulitas. Tit. 2. 5. Proverb. 12. 3. & 14.
  - *In ſocietate Patriâ*, ut ſunt
    - *Parentes*, à quibus requiritur
      - Educatio & nutritio. Eph. 6. 4. 1. Tim. 5. v. 8.
      - 2. In pietate informatio. Deut. 6. 6.
      - 3. Conveniens & mediocris caſtigatio. Prov. 13. 24. & 23. 13. cap. Syr. 25. 7. & 30. 1.
    - *Liberi*, à quibus requiritur, Reverẽtia, conſiſtẽs in
      - Obedientia Eph. 6. 1.
      - Beneficentia 1. Tim. 5. 4.
      - Patientia Prov. 23. 22. Syr. 3. 9. Eph. 6. 1. idque propter
        - mandantis autoritatem
        - ipſam æquitatem
        - promiſſionis ſuavitatem, quæ eſt,
          - felicitas
          - longævitas.
  - *In ſocietate herili*, ut ſunt
    - *Domini*, hi præſtent Servis ſuis quod æquum & juſtum. Col. 3. ad hoc requiritur ab illis
      - Corporis alimentatio Syr. 33. 25.
      - laboris impoſitio. Syr. 33. 25.
      - mercedis perſolutio. Math. 10. 10. Tob. 4. 15. Lev. 19. 13.
      - Perverſitatis correctio. Syr. 33.
      - Servorum contra vim illatam defenſio. Syr. 33.
    - *Famuli & Operarii*, ab his requiritur
      - Humilitas & ſubjectio. Eph. 6. 5. Col. 3. 22.
      - Sedula mandatorum executio. 1. Pet. 2. 18.
      - Fidelis rei domeſticæ adminiſtratio.
- *Extra conjugium* ſunt
  - Juvenes. Ab his requiritur
    - Erga Senes reverentia, Lev. 19. 32. Syr. 8. 7.
    - Obedientia. 1. Pet. 5. 5.
    - Humilitas, idq; propter
      - pænarum gravitatem
      - commodi ubertatem
      - (1. Pet. 5.)
  - Viduæ. Ab illis requiritur
    - Fiduciæ in Deum poſitio,
    - Sunt enim perſonæ ſolitariæ.
    - Ardens ad Deum precatio.
    - Voluptatum evitatio.
    - (1. Tim. 5. 6.)

RITUS

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730248666/phys_0023
DFG

RITUS COPULANDI

TAB. XX.

S. Ritus Copulandi peraguntur vel

- Ante copulationem, & ſunt
  - Novorum conjugum à Miniſtro Eccleſiæ trinundina (h.e. in tribus ſolennibus Eccleſiæ conventibus) denunciatio. Hujus finis eſt
    - 1. ut ſi quiſpiam impedimentum matrimonii habeat proferendum, illud in medium proferat.
    - 2. ut Eccleſiæ precibus novi conjuges commendentur.
  - Benedictionis Dei ipſis novis conjugibus apprecatio.
- In copulatione & ſunt
  - 1. Miniſtri Eccleſiæ de conjugii dignitate & utilitate præfatio.
  - 2. matrimonialis conſenſus utriusque partis exploratio.
  - 3. mutua annuli nuptialis donatio, & traditio.
  - 4. dextræ ſponſi & ſponſæ porrectio & datio.
  - 5. Ipſa in nomine Trinitatis à Miniſtro Eccleſiæ copulatio.
- Poſt Copulationem & ſunt
  - Textuum Biblicorum prælectio. Qui textus agunt
    - De conjugii inſtitutione, Gen. 2. v. 18. 21, 22, 23, 24
    - De conjugum officio, & quidem
      - mariti, Eph. 5. v. 25. 30.
      - uxoris, Eph. 5. 22. 23, 24.
    - De conjugum cruce, & quidem
      - mariti, Gen. 3. 17. 18. 19.
      - uxoris, Gen. 3. 16.
    - De conjugum ſolatio cruci opponendo. Gen. 1. 27. 28. 30. Prov. 18. 22.
  - Precationis, quâ conjugium, novique conjuges Deo commendantur, recitatio.
  - Eccleſiaſtica benedictio è Num. 6. 24.

RITUS BAPTIZANDI

TAB. XXI.

T. Ritus Baptizandi peraguntur vel

- Ante Baptiſmi adminiſtrationem, & quidem
  - verbis, ut ſunt
    - De peccato originis commonefactio.
    - Nominis impoſitio.
    - Exorciſmi uſurpatio.
    - Diſtinctarum precum & Orationis Dominicæ recitatio.
    - Evangelii Marci 10. prælectio.
  - factis, & ſūt
    - Signo crucis ſignatio.
    - Manûs Miniſtri Eccleſiæ impoſitio.
- In ipſa Baptiſmi adminiſtratione, & hi ritus ſunt vel
  - Humanitùs inſtituti & in Eccleſia hucusq; continuati, ut ſunt
    - Votiva Miniſtri Eccleſiæ precatio.
    - Diaboli renunciatio.
    - Fidei profeſſio.
    - Baptiſmi petitio ſeu poſtulatio.
  - Divinitùs mandati, & in Eccleſia obſervati, ut ipſa immerſio, ſive aſperſio in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti.
- Poſt Baptiſmi adminiſtrationem, & ſunt
  - Miniſtri precatio.
  - Benedictio.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730248666/phys_0024
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730248666/phys_0025
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730248666/phys_0026
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730248666/phys_0027
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730248666/phys_0028
DFG

ORATIO PRO CUSTODIA.
TAB. XV.

N. In oratione quotidianâ per custodiâ docet Luther9, quomodo quilibet Christianus ſeſe gerere debeat mane & veſperi.

- 1. γενικῶς in genere, requirens
  - 1. benedictionem.
  - 2. Crucis formationem.
  - 3. SS. Trinitatis invocationem.
  - 4. Devotam precationem, quam probet
    - morum decentia
    - verborum conveniẽtia.
- 2. ἰδικῶς in ſpecie, requirens
  - 1. gratiarum actionem cujus
    - Objectum
    - Fundamentum
    - Argumentum
  - 2. Ardentem precationem, quâ petitur
    - 1. Defenſio & protectio.
    - 2. Gubernatio.
    - 3. Peccatorum remiſſio.
    - 4. An… oris ſuſceptio
    - 5. Sub… ici conceſſio.

ORATIO PRO ALIMONIA
TAB. XVI.

O. *In oratione pro alimonia docet* Lutherus

- *I. In genere, quomodo orandum.* Hoc quomodo comprehendit
  - 1. Ad menſam acceſſionem.
  - 2. Manuum complicationem.
  - 3. Modeſtiæ obſervationem.
- *II. In ſpecie, quid orandum.*
  - *Ante cibum*
    - *Oculi omniũ,* &c. ubi laudatur datoris cibi
      - *Majeſtas*
      - *liberalitas* quam declarat
        - tempore op… cibando.
        - manum ſuam…
        - cum benepla… ſarando.
    - *Pater Noſter,* qui es in cœlis &c. hujus a… ra Tab. 7, 8, & 9
    - *DomineDeus Pater Cœleſtis* &c. ubi nota
      - 1. *Objectum.* Q… s ?
      - 2. *Argumentum.* … us?
      - 3. *Fundamentum* … mine petamus?
  - *poſt cibum*
    - *Confitemini Domino.* ubi
      - Quid? Confitemini Dom…
      - Cur? ſcilicet propter
        - 1. bonitatis & … ivinæ æternitatem.
        - 2. immenſam …
        - 3. approbatam …
    - *Pater noſter* &c.
    - *Gratias agimus tibi* &c. ubi nota
      - *objectum* gra… ionis. Wir dancken dir li… ſcher Vater.
      - *Fundamentum* … Eſum Chriſtum unſern H…
      - *Argumentum,* … Wolthaten
      - *Impulſum,* der … nd Regiereſt in Ewigkeit…